

**MASS PROPER: PALM SUNDAY (with complete Passion)**

MASS *Dómine, non longe* (violet)

**INTROIT Psalms 21: 20, 22**

Dómine, ne longe fácias auxiliúm tuum a me: ad defensióem meam áspice: líbera me de ore leónis, et a córnibus unicórnium humilitátem meam. (Ps. 21: 2) Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti? longe a salúte mea verba delictórum meórum. Dómine, ne longe fácias auxiliúm tuum a me: ad defensióem meam áspice: líbera me de ore leónis, et a córnibus unicornuórum humilitátem meam.

**COLLECT**

Omnípotens sempitérne Deus, qui humano géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmeri et crucem subíre fecísti: concéde propítius; ut et patientiæ ipsíus habére documénta et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Philippians 2: 5-11**

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: (*Here all kneel.*) ut in nómine Jesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua

O Lord, keep not Thy help far from me: look to my defense: deliver me from the lion's mouth and my lowness from the horns of the unicorns. (Ps. 21: 2) O God, my God, look upon me: why hast Thou forsaken me? Why cannot my sinful words reach Thee, Who art my salvation? O Lord, keep not Thy help far from me: look to my defense: deliver me from the lion's mouth and my lowness from the horns of the unicorns.

Almighty and everlasting God, by whose ordinance our Savior took flesh and suffered crucifixion to give mankind a pattern of humility, grant us this boon, that, with the lesson of His endurance before us, we may be found worthy to have fellowship in His resurrection: Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: yours is to be the same mind which Christ Jesus showed. His nature is, from the first, divine, and yet He did not see, in the rank of Godhead, a prize to be coveted; He dispossessed Himself, and took the nature of a slave, fashioned in the likeness of men, and presenting Himself to us in human form; and then He lowered His own dignity, accepted an obedience which brought Him to death, death on a cross. That is why God has raised Him to such a height, given Him that name which is greater than any other name; (*Here all kneel.*)

confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

**GRADUAL Psalms 72: 24, 1-3**

Tenuísti manum dexteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me: et cum glória assumpsísti me. Quam bonus Israël Deus rectis corde! mei autem pæne moti sunt pedes, pæne effúsi sunt gressus mei: quia zelávi in peccatóribus, pacem peccatórum videns.

**TRACT**

**Psalms 21: 2-9, 18, 19, 22, 24, 32**

Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti? Longe a salúte mea verba delictórum meórum. Deus meus, clamábo per diem, nec exáudies: in nocte, et non ad insipiéntiam mihi. Tu autem in sancto hábitas laus Israël. In te speravérunt patres nostri: speravérunt et liberásti eos. Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt: in te speravérunt et non sunt confúsi. Ego autem sum vermis, et non homo: oppróbrium hóminum, et abjéctio plebis. Omnes, qui vidébant me, aspernabántur me: locúti sunt lábiis et movérunt caput. Sperávit in Dómino, erípiat eum: salvum faciát eum, quóniam vult eum. Ipsi vero consideravérunt, et conspexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem. Líbera me de ore leónis: et a córnibus unicórnium humilitátem meam. Qui timétis Dóminum, laudáte eum: univérsum semen Jacob, magnificáte eum. Annuntiábitur Dómino generatio ventúra: et annuntiábunt cæli justítiam ejus. Pópulo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

So that everything in heaven and on earth and under the earth must bend the knee before the name of Jesus, and every tongue must confess Jesus Christ as the Lord, dwelling in the glory of God the Father.

Thou dost hold me by my right hand: Thine to lead me in a way of Thy own choosing, Thine to take me up to Thyself in glory. What bounty God shows to Israel, to all upright hearts! Yet I came near to losing my foothold, and felt the ground sink under my steps, so indignant was I over the good fortune of the sinners that flout His law.

O God, my God, look upon me; why hast Thou forsaken me? Far from my salvation are the words of my sins. O my God, I shall cry by day, and Thou wilt not hear; and by night, and it shall not be reputed as folly in me. But Thou dwellest in the holy place, the praise of Israel. In Thee have our fathers hoped: they have hoped, and Thou hast delivered them. They cried to Thee, and they were saved: they trusted in Thee, and were not confounded. But I am a worm, and no man: the reproach of men and the outcast of the people. All they that saw me have laughed me to scorn: they have spoken with the lips and wagged the head. He hoped in the Lord, let Him deliver Him: let Him save Him, seeing He delighteth in Him. But they have looked and stared upon me: they parted my garments amongst them, and upon my vesture they cast lots. Deliver me from the lion's mouth: and my lowness from the horns of the unicorns. Ye that fear the Lord, praise Him: all ye the seed of Jacob, glorify Him. There shall be declared to

omnia sæcula sæculórum.

*(If the palms were blessed immediately before this Mass, the celebrant, at the end of Mass, having given the blessing as usual, omits the Last Gospel and all return to the sacristy.)*

*In other Masses without the blessing of palms, at the end of Mass the following Last Gospel is said as in the blessing of the palms.)*

**LAST GOSPEL Matthew 21: 1-9**

In illo témpore: Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, et venísset Bétphage ad montem Olivéti: tunc misit duos discípulos suos, dicens eis: Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam et pullum cum ea: sólvite et addúcite mihi: et si quis vobis áliquíd dixerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimíttet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur, quod dictum est per Prophétam, dicéntem: Dícite filiae Sion: Ecce, Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, filium subjugális. Eúntes autem discípuli, fecérunt, sicut præcépit illis Jesus. Et adduxérunt ásinam et pullum: et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedére tecérunt. Plúrima autem turba stravérunt vestiménta sua in via: álii autem cædebant ramos de arbóribus, et sternébant in via: turbæ autem, quæ præcedébant et quæ sequebántur, clamábant, dicéntes: Hosánna filio David: benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

ever.

At that time, when Jesus drew nigh to Jerusalem, and was come to Bethphage, unto Mount Olivet, then He sent two disciples, saying to them: Go ye into the village that is over against you, and immediately you shall find an ass tied, and a colt with her; loose them and bring them to Me; and if any man shall say anything to you, say ye that the Lord hath need of them; and forthwith he will let them go. Now all this was done that it might be fulfilled which was spoken by the prophet, saying: Tell ye the daughter of Sion: Behold thy King cometh to thee meek, and sitting upon an ass, and a colt the foal of her that is used to the yoke. And the disciples going did as Jesus commanded them. And they brought the ass and the colt, and laid their garments upon them, and made Him sit thereon. And a very great multitude spread their garments in the way, and others cut boughs from the trees, and strewed them in the way, and the multitudes that went before and that followed cried, saying: Hosanna to the Son of David; Blessed is He that cometh in the Name of the Lord.

in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

### SECRET

Concéde, quæsumus, Dómine: ut óculos tuæ majestátis munus oblátum, et grátiam nobis devotiõnis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquirat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti jubeas, deprecámur, súpplici confessiõe dicéntes:

### COMMUNION Matthew 26: 42

Pater, si non potest hic calix transíre nisi bibam illum, fiat volúntas Tua.

### POSTCOMMUNION

Per hujus, Dómine, operatióne mystérii, et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per

would comfort Me, and I found none; and they gave Me gall for My food, and in My thirst they gave Me vinegar to drink.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that the offering made in the presence of Thy majesty may both obtain for us the grace of devotion, and secure for us the effect of a blessed eternity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Father, if this chalice may not pass Me by, but I must drink it, then Thy will be done.

By the working of this sacrament, Lord, may our sins be purged away, and our just desires fulfilled. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and

### GOSPEL

#### Matthew 26: 36-75; 27: 1-66

Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsémani, et dixit discíplulis suis: **J.** Sedéte hic, donec vadam illuc et orem. **C.** Et assumpto Petro et duóbus filiis Zebedæi, cœpit contristári et mæstus esse. Tunc ait illis: **J.** Tristis est ánima mea usque ad mortem: sustinéte hic, et vigiláte mecum. **C.** Et progréssus pusillum, prócidit in fáciem suam, orans et dicens: **J.** Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste: Verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. **C.** Et venit ad discíulos suos, et invénit eos dormiéntes: et dicit Petro: **J.** Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte et oráte, ut non intrétis in tentatióne. Spíritus quidem promptus est, caro autem infirma. **C.** Iterum secúndo ábiit et orávit, dicens: **J.** Pater mi, si non potest hic calix transíre, nisi bibam illum, fiat volúntas tua. **C.** Et venit iterum, et invenit eos dormiéntes: erant enim óculi eórum graváti. Et relíctis illis, iterum ábiit et orávit tertio, eúndem sermónem dicens. Tunc venit ad discíulos suos, et dicit illis: **J.** Dormíte jam et requiescite: ecce, appropinquávit hora, et Fílius hóminis tradéret in manus peccatórum. Súrgite, eámus: ecce, appropinquávit, qui me tradet. **C.** Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duódecim venit, et cum eo turba multa cum gládiis et fústibus, missi a princípibus sacerdotum et senióriibus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis signum dicens: **S.** Quemcúmque osculátus fuero, ipse est, tenéte eum. **C.** Et conféstim accédens ad Jesum, dixit: **S.** Ave,

the Lord a generation to come; and the heavens shall show forth His justice. To a people that shall be born, which the Lord hath made.

Then Jesus came with them into a country place which is called Gethsemani; and He said to His disciples: **J.** Sit you here, till I go yonder and pray. **C.** And taking with Him Peter and the two sons of Zebedee, He began to grow sorrowful and to be sad. Then He saith to them: **J.** My soul is sorrowful even unto death; stay you here and watch with Me. **C.** And going a little further, He fell upon His face, praying and saying: **J.** My Father, if it be possible, let this chalice pass from Me; nevertheless, not as I will, but as Thou wilt. **C.** And He cometh to His disciples, and findeth them asleep. And He saith to Peter: **J.** What! Could you not watch one hour with Me? Watch ye, and pray that ye enter not into temptation. The spirit indeed is willing, but the flesh is weak. **C.** Again the second time, He went and prayed, saying: **J.** My Father, if this chalice may not pass away, but I must drink it, Thy will be done. **C.** And He cometh again, and findeth them sleeping, for their eyes were heavy. And leaving them, He went again and He prayed the third time, saying the self-same word. Then He cometh to His disciples, and saith to them: **J.** Sleep ye now and take your rest; behold, the hour is at hand, and the Son of Man shall be betrayed into the hands of sinners. Rise, let us go; behold, he is at hand that will betray Me. **C.** As He yet spoke, behold Judas, one of the twelve, came, and with him a great multitude with swords and clubs, sent from the chief priests and the ancients of the people. And he

Rabbi. **C.** Et osculátus est eum. Dixítque illi Jesus: **J.** Amíce, ad quid venísti? **C.** Tunc accessérunt, et manus injecérunt in Jesum et tenuérunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, exténdens manum, exémit gládium suum, et percútiens servum princípis sacerdotum, amputávit aurículam ejus. Tunc ait illi Jesus: **J.** Convérte gládium tuum in locum suum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non possum rogáre Patrem meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiónes Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúrae, quia sic opórtet fíeri? **C.** In illa hora dixit Jesus turbis: **J.** Tamquam ad latrónem exístis cum gládiis et fústibus comprehénderé me: quotídie apud vos sedébam docens in templo, et non me tenuístis. **C.** Hoc autem totum factum est, ut adimpleréntur Scriptúrae prophetárum. Tunc discípuli omnes, relícto eo, fugérunt. At illi tenéntes Jesum, duxérunt ad Cáipham princípem sacerdotum, ubi scribæ et senióres convénerant. Petrus autem sequebátur eum a longe, usque in átrium princípis sacerdotum. Et ingressus intro, sedébat cum minístris, ut vidéret finem. Príncipes autem sacerdotum et omne concílium quærébant falsum testimónium contra Jesum, ut eum morti tráderent: et non invenérunt, cum multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes et dixerunt: **S.** Hic dixit: Possum destrúere templum Dei, et post tríduum reædificáre illud. **C.** Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: **S.** Nihil respóndes ad ea, quæ isti advérsum te testificántur? **C.** Jesus autem tacébat. Et princeps sacerdotum ait illi: **S.** Adjúro te per Deum vivum, ut dicas

that betrayed Him gave them a sign, saying: **S.** Whomsoever I shall kiss, that is He; hold Him fast. **C.** And forthwith coming to Jesus, he said: **S.** Hail, Rabbi. **C.** And he kissed Him. And Jesus said to him: **J.** Friend, whereto art thou come? **C.** Then they came up and laid hands on Jesus, and held Him. And behold one of them that were with Jesus, stretching forth his hand, drew out his sword, and striking the servant of the high priest, cut off his ear. Then Jesus saith to him: **J.** Put up again thy sword into its place; for all that take the sword shall perish with the sword. Thinkest thou that I cannot ask My Father, and He will give Me presently more than twelve legions of Angels? How then shall the Scriptures be fulfilled, that so it must be done? **C.** In that same hour Jesus said to the multitudes: **J.** You are come out, as it were to a robber, with swords and clubs to apprehend Me. I sat daily with you, teaching in the temple, and you laid not hands on Me. **C.** Now all this was done that the Scriptures of the prophets might be fulfilled. Then the disciples, all leaving Him, fled. But they holding Jesus led Him to Caiphás the high priest, where the scribes and the ancients were assembled. And Peter followed Him afar off, even to the court of the high priest. And going in, he sat with the servants, that he might see the end. And the chief priests and the whole council sought false witness against Jesus, that they might put Him to death. And they found none, whereas many false witnesses had come in. And last of all there came two false witnesses; and they said: This man said, I am able to destroy the temple of God, and after three days to rebuild it. And the high priest, rising up, said to Him: **S.** Answerest Thou nothing to

timuérunt valde, dicéntes: **S.** Vere Fílius Dei erat iste. **C.** Erant autem ibi mulíeres multæ a longe, quæ secútæ erant Jesum a Galilæa, ministrántes ei: inter quas erat María Magdaléne, et María, Jacóbi, et Joseph mater, et mater filiórum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nómine Joseph, qui et ipse discípulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et pósuit illud in monuménto suo novo, quod excíderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit.

#### **OFFERTORY Psalms 68: 21-22**

Impropérium exspectávit cor meum, et misériam: et sustínui qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni: et dedérunt

immediately one of them running took a sponge and filled it with vinegar and and gave Him to drink. And the others said: **S.** Let be; let us see whether Elias will come to deliver Him. **C.** And Jesus again crying with a loud voice, yielded up the ghost.

*(Here all kneel and pause for a few moments.)*

And behold the veil of the temple was rent in two from top even to the bottom; and the earth quaked and the rocks were rent; and the graves were opened, and many bodies of the saints that had slept arose, and coming out of the tombs after His resurrection, came into the holy city, and appeared to many. Now the centurion and they that were with him watching Jesus, having seen the earthquake and the things that were done, were sore afraid, saying: **S.** Indeed this was the Son of God. **C.** And there were there many women afar off, who had followed Jesus from Galilee, ministering unto Him: among whom was Mary Magdalen, and Mary the mother of James and Joseph, and the mother of the sons of Zebedee. And when it was evening, there came a certain rich man of Arimathea, named Joseph, who also himself was a disciple of Jesus. He went to Pilate and asked the body of Jesus. Then Pilate commanded that the body should be delivered. And Joseph taking the body wrapt it up in a clean linen cloth, and laid it in his own new monument, which he had hewed out in a rock. And he rolled a great stone to the door of the monument and went his way.

My heart hath expected reproach and misery; and I looked for one that would grieve together with Me, but there was none: I sought for one that

Judæorum. Tunc crucifíxi sunt cum eo duo latrónes: unus a dextris et unus a sinístris. Prætereúntes autem blasphemábant eum, movéntes cápita sua et dicéntes: **S.** Vah, qui déstruis templum Dei, et in trídúo illud reædíficas: salva temetípsum. Si Fílius Dei es, descénde de cruce. **C.** Simíliter et príncipes sacerdotum illudéntes cum scribis et senióribus, dicébant: **S.** Alios salvos fecit, seípsum non potest salvum fácere: si Rex Israël est, descéndat nunc de cruce, et crédimus ei: confídít in Deo: líberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia Fílius Dei sum. **C.** Idípsum autem et latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, impropérabant ei. A sexta autem hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna, dicens: **J.** Eli, Eli, lamma sabachtháni? **C.** Hoc est: **J.** Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? **C.** Quidam autem illic stantes, et audiéntes, dicébant: **S.** Elíam vocat iste. **C.** Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant: **S.** Sine, videámus an véniat Elías líberans eum. **C.** Jesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum. *(Hic genuflectitur, et pausat aliquantum.)* Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsum: et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monuménta apérta sunt: et multa córpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectiónem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuerunt multis. Centúrio autem et qui cum eo erant, custodiéntes Jesum, viso terræmótu et his, quæ fiébant,

own garments, and led Him away to crucify Him. And going out, they found a man of Cyrene, named Simon; him they forced to take up His cross. And they came to the place that is called Golgotha, which is, the place of Calvary. And they gave Him wine to drink mingled with gall; and when He had tasted He would not drink. And after they had crucified Him, they divided His garments, casting lots; that it might be fulfilled which was spoken by the prophet, saying: They divided My garments among them, and upon my vesture they cast lots. And they sat and watched Him. And they put over His head His cause written: This is Jesus the King of the Jews. Then were crucified with Him two thieves; one on the right hand and one on the left. And they that passed by blasphemed Him, wagging their heads, and saying: **S.** Vah, Thou that destroyest the temple of God and in three days dost rebuild it, save Thine own self. If Thou be the Son of God, come down from the cross. **C.** In like manner also the chief priests with the scribes and ancients, mocking, said: **S.** He saved others, Himself He cannot save; if He be the king of Israel, let Him now come down from the cross, and we will believe Him; He trusted in God, let Him now deliver Him if He will have Him; for He said: I am the Son of God. **C.** And the self-same thing the thieves also that were crucified with Him reproached Him with. Now from the sixth hour there was a darkness over the whole earth, until the ninth hour. And about the ninth hour, Jesus cried out with a loud voice, saying: **J.** Eli, Eli, lamma sabachthani? **C.** That is: **J.** My God, My God, why hast Thou forsaken Me? **C.** And some that stood there and heard said: **S.** This man calleth Elias. **C.** And

nobis si tu es Christus Fílius Dei. **C.** Dicit illi Jesus: **J.** Tu dixísti. Verúmtamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei, et veniéntem in núbibus cæli. **C.** Tunc princeps sacerdotum scidit vestiménta sua, dicens: **S.** Blasphemávit: quid adhuc egémus téstibus? Ecce nunc audístis blasphemiam: quid vobis vidétur? **C.** At illi respondéntes dixérunt: **S.** Reus est mortis. **C.** Tunc exspuerunt in faciém ejus, et cólaphis eum cecidérunt, álii autem palmas in faciém ejus dedérunt, dicéntes: **S.** Prophetíza nobis, Christe, quis est qui te percússit? **C.** Petrus vero sedébat foris in átrio: et accéssit ad eum una ancilla, dicens: **S.** Et tu cum Jesu Galilæo eras. **C.** At ille negávit coram ómnibus, dicens: **S.** Néscio quid dicis. **C.** Exeúnte autem illo jánuam, vidit eum ália ancilla, et ait his, qui erant ibi: **S.** Et hic erat cum Jesu Nazaréno. **C.** Et íterum negávit cum juraménto: Quia non novi hóminem. Et post pusillum accessérunt qui stabant, et dixérunt Petro: **S.** Vere et tu ex illis es: nam et loquéla tua manífestum te facit. **C.** Tunc coepit detestári et juráre, quia non novisset hóminem. Et contínuo gallus cantávit. Et recordátus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Priúsqvam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras, flevit amáre. Mane autem factó, consílium iniérunt omnes príncipes sacerdotum et senióres pópuli advérsus Jesum, ut eum morti tráderent. Et vinctum adduxérunt eum, et tradidérunt Póntio Piláto præsidi. Tunc videns Judas, qui eum trádidit, quod damnátus esset, pœniténtia ductus, rétulit trigínta argénteos princípibus sacerdotum et senióribus, dicens: **S.** Peccávi, tradens sánguinem justum. **C.** At illi dixérunt: **S.** Quid ad nos? Tu vidéris.

the things which these witness against Thee? **C.** But Jesus held His peace. And the high priest said to Him: **S.** I adjure Thee by the living God, that Thou tell us if Thou be the Christ the Son of God. **C.** Jesus saith to him: **J.** Thou hast said it. Nevertheless I say to you, hereafter you shall see the Son of Man sitting on the right hand of the power of God, and coming in the clouds of heaven. **C.** Then the high priest rent his garments, saying: **S.** He hath blasphemed; what further need have we of witnesses? Behold, now you have heard the blasphemy. What think you? **C.** But they answering, said: **S.** He is guilty of death. **C.** Then they did spit in His face and buffeted Him; and others struck His face with the palms of their hands, saying: **S.** Prophecy unto us, O Christ, who is he that struck Thee? **C.** But Peter sat without in the court, and there came to him a servant maid, saying: **S.** Thou also wast with Jesus the Galilean. **C.** But he denied it before them all, saying: **S.** I know not what thou sayest. **C.** And as he went out of the gate, another maid saw him, and she saith to them that were there: **S.** This man also was with Jesus of Nazareth. **C.** And again he denied it with an oath: **S.** I know not the man. **C.** And after a little while, they came that stood by and said to Peter: **S.** Surely thou also art one of them; for even thy speech doth discover thee. **C.** Then he began to curse and to swear that he knew not the man; and immediately the cock crew. And Peter remembered the words of Jesus which He had said: Before the cock crow, thou wilt deny Me thrice. And going forth, he wept bitterly. And when morning was come, all the chief priests and ancients of the people took counsel against Jesus, that they might put Him to death. And

**C.** Et projectis argenteis in templo, recessit: et abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: **S.** Non licet eos mittere in carbonam: quia pretium sanguinis est. **C.** Consilio autem inuito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulchram peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel: et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Jesus autem stetit ante praesidem, et interrogavit eum praeses, dicens: **S.** Tu es Rex Judaeorum? **C.** Dicit illi Jesus: **J.** Tu dicis. **C.** Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: **S.** Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? **C.** Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur praeses vehementer. Per diem autem sollemnem consuverat praeses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: **S.** Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? **C.** Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: **S.** Nihil tibi et justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. **C.** Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populo, ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. Respondens autem praeses, ait illis: **S.** Quem vultis vobis de duobus dimitti? **C.** At illi dixerunt: **S.** Barabbam. **C.**

they brought Him bound, and delivered Him to Pontius Pilate the governor. Then Judas, who betrayed Him, seeing that He was condemned, repenting himself, brought back the thirty pieces of silver to the chief priests and ancients, saying: **S.** I have sinned in betraying innocent blood. **C.** But they said: **S.** What is that to us? Look thou to it. **C.** And casting down the pieces of silver in the temple, he departed, and went and hanged himself with a halter. But the chief priests having taken the pieces of silver, said: **S.** It is not lawful to put them into the carbona, because it is the price of blood. And after they had consulted together, they bought with them the potter's field, to be a burying-place for strangers. For this cause that field was called Haceldama, that is, the field of blood, even to this day. Then was fulfilled that which was spoken by Jeremias the prophet, saying: And they took the thirty pieces of silver, the price of Him that was prized, whom they prized of the children of Israel: and they gave them unto the potter's field, as the Lord appointed to me. And Jesus stood before the governor, and the governor asked Him, saying: **S.** Art Thou the King of the Jews? **C.** Jesus saith to him: **J.** Thou sayest it. **C.** And when He was accused by the chief priests and ancients, He answered nothing. Then Pilate saith to Him: **S.** Dost not Thou hear how great testimonies they allege against Thee? **C.** And He answered to him never a word, so that the governor wondered exceedingly. Now upon the solemn day the governor was accustomed to release to the people one prisoner, whom they would. And he had then a notorious prisoner that was called Barabbas. They therefore being

Dicit illis Pilatus: **S.** Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? **C.** Dicunt omnes: **S.** Crucifigatur. **C.** Ait illis praeses: **S.** Quid enim mali fecit? **C.** At illi magis clamabant, dicentes: **S.** Crucifigatur. **C.** Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: **S.** Innocens ego sum a sanguine justihujus: vos videtis. **C.** Et respondens universus populus, dixit: **S.** Sanguis ejus super nos et super filios nostros. **C.** Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes Jesum in praetorium, congregaverunt ad eum universam cohortem: et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei: et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, et arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudabant ei, dicentes: **S.** Ave, Rex Judaeorum. **C.** Et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus. Et postquam illus erunt ei, exuerunt eum chlamyde et induerunt eum vestimentis ejus, et duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem, inveniunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem: hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus. Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Calvariae locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes: ut impleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes, servabant eum. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est Jesus Rex

gathered together, Pilate said: **S.** Whom will you that I release to you: Barabbas, or Jesus that is called Christ? **C.** For he knew that for envy they had delivered Him. And as he was sitting in the place of judgment his wife sent to him, saying: **S.** Have thou nothing to do with that just man, for I have suffered many things this day in a dream because of Him. **C.** But the chief priests and ancients persuaded the people that they should ask Barabbas, and make Jesus away. And the governor answering, said to them: **S.** Whither will you of the two to be released unto you? **C.** But they said: **S.** Barabbas. **C.** Pilate saith to them: **S.** What shall I do then with Jesus that is called Christ? **C.** They all call: **S.** Let Him be crucified. **C.** The governor said to them: **S.** Why, what evil hath He done? **C.** But they cried out the more, saying: **S.** Let Him be crucified. **C.** And Pilate seeing that he prevailed nothing, but that rather a tumult was made, taking water washed his hands before the people, saying: **S.** I am innocent of the blood of this just man; look you to it. **C.** And the whole people answering, said: **S.** His blood be upon us and upon our children. **C.** Then he released to them Barabbas, and having scourged Jesus, delivered Him unto them to be crucified. Then the soldiers of the governor, taking Jesus into the hall, gathered together unto Him the whole band; and stripping Him they put a scarlet cloak about Him. And plating a crown of thorns they put it upon His head and a reed in His right hand. And bowing the knee before Him, they mocked Him, saying: **S.** Hail, King of the Jews. **C.** And spitting upon Him, they took the reed and struck His head. And after they had mocked Him, they took off the cloak from Him, and put on Him His